R.478552

hriſtianitati ſuus qualiſcūqꝫ zelator proſperū ad virtutes viciis depulſis incrementum. Salubre duxi ſequens opuſculū tripertitū de preceptis. de confeſſione. de ſcientia mortis. breuitate qua po tui tradere. quatuor preſertim chriſtianorū generibus profu turum. Primo ſacerdotibꝫ ⁊ curatis illiteratis atqꝫ ſimpli cibus. qui cōfeſſiones audire debent. Secūdo indoctis qui buſcūqꝫ perſonis ſecularibus aut religioſis. que eccleſie ſoli tis ſermonibus aut predicatōibus pro diuinorū preceptorū noticia nequaq̄ intereſſe poſſunt. Tertio pueris et iuueni bus qui a rudimentis infantie circa fidei noſtre generalem tenorē et principalia pūcta primitus debent erudiri. Quar to perſonis domos dei vel hoſpitalia loca frequentātibus. et infirmorū ſolicitudinē gerentibꝫ. Quo circa ad huius doctrine publicatōem quadruplex perſonarū ſtatus debet vi gilare. eccleſie videlꝫ ſuperiores ⁊ prelati. quos inferiorū cu-ratorū regimē de propinquo cōcernit: quibus curatorū igno rantia craſſa diuine legis. et inſufficiens eruditio ſimplicis populi. imputabit in peccatum. Parentes etiam pro filiis apud ſcolarū rectores inſtare deberēt. et ſimiliter domorum dei et locorū hoſpitaliū gubernatores et magiſtri. Illi itē ge neraliter qui verbis aut factis et aliis ſignis alios ad peccā dum induxerūt. quiqꝫ ex officio alios docere debuerant et id agere negligunt. hi nāqꝫ ſumptibus ſuis et diligentiis per huius aut ſimilis doctrine publicatōez debēt correctionem aliorū procurare. Hoc enim agere penitentia quedā eſt. hec ſatiſfactio. hoc opus miſericordie. deo acceptius q̄ elemoſina corporalis. Agant igitur prenoīati ꝙ doctrina hec libris in-ſcribatur. tabellis affigatur tota vel per partes in locis com munibus vtpote in parrochialibus eccleſiis in hoſpitalibus in ſcolis. in locis religioſis. Deniqꝫ expediens videretur vt ſuper hoc fieret a principali edictū. aut ꝙ ab eccleſie prelatis cōferrentur. Actor ſe ipſum exonerat apud chriſtianitatem

ſanctiſſimã.agat quilibȝ qui in te et de te gloriatur quod bo
num eſſe cognouerit.

g Loria ſit altiſſimo deo in cuius noīe pſēs aggredior opus ad ſalutē fideliū animarū ordinatū.ad eruditōem pre cipue rudiſ et indocti populi.et eorū quibus cōſuetis eccleſie ſermonibus et predicatōibus minus intereſſe aut informari conceditꝰ.in quo veluti tabella quadā et cōpendio breui teno rē fidei chriſtiane lucide poterunt inſpicere.et diuina precep ta prohibitōesqꝫ vt ex his quid agere quid ve fugere debeāt poſſint diſtinctius agnoſcere.Continet autē preſens tracta tulus capitula decēocto.quorū quodlibȝ in duas vel tres vel quatuor particulas cōuenienter ſubdiuidi poſſet. Primū capitulū affirmat mundū fuiſſe creatū a deo. Qꝫ ipſe deus vnus ſit ꝛ trinus Cui etiā aut ad quē finē homo creatus eſt

f Irmiſſime credendū eſt et nullatenus dubitandū.ꝙ ſo lum eſt vnus deus oīpotens.omīa ſciens. et omēm per fectōem habens in tribus perſonis diſtinctis.que ſunt pater et filius et ſpiritusſāctus.qui mundū creauit ꝛ creatū regit. et gubernat ſola ſua liberrima voluntate et digniſſima boni tate. Speciali autē prouidentia humanā gubernat ꝛ dirigit creaturā.dās viris et mulieribus aīas īmortales.creās eas temporaliter.tunc cū eas corporibus īfundit.et ad ymaginē et ſimilitudinē ſuā formās eas. vt creatus homo ſuū cōdito rem deū cognoſcat/diligat/veneretur. ꝛ eius preceptis ī hac mortali vita obediens.per opera bona et meritoria vitā tan dem īmortalē beatitudīs plenam in aīa ꝛ corpore perpetuo conſequatꝰ.bonis angelis ſociatus et in loco malorū angelo rū ſiue demonū ſubſtitutus qui propter peccatū in has infe riores partes terre corruerūt. dānationis ſentenciā ſuſtinen tes.Cum quibȝ etiā iuſtiſſime dānabūtur hoīes iniqui diui nis pceptis inobedientes.et more beſtiali quaſi nō haberent aīaȝ ratōnalē ſuis voluptatibȝ ſeruiētes. Scdm capitulū oſtēdit humanū genus propter primorū parētū trāſgreſſio-

nem ⁊ peccatum.multiplicem incurriſſe miſeriam.
Jdei veritate credendū ē primos parētes noſtros adā
f ⁊ euā qui ad tam nobilem finē cōſequende btitudinis
creati fuerant.clauſiſſe ꝑadiſi ianuam.et btitudinis ītroi-
tum.toti ſue poſteritati generis humani. Jpi enī pctō īobe
dientie acceptum a deo donū iuſticie originalis quadā here
ditaria poſſeſſione pro ſe ⁊ ſuis poſteris veluti proditores ꝑ
diderūt.Quo dono gratuito origīalis iuſtitie cōſeruato nos
omnes a culpa īmunes fuiſſemus.⁊ ab oī miſeria famis et
ſitis āt īfirmitatis abſoluti. et ab alia qualibet penalitate
liberi.adeo vt omīs alia corporalis creatura nobis pacifice
ſubiecta fuiſſet.⁊ tandē abſq; mortis pena in ꝑadiſum fuiſſe
mus tranſlati.Hoc aūt dono ꝑ peccatū primoꝝ ꝑentū( vt p̄
miſſū eſt)ꝑdito moriendi neceſſitatē et vniuerſaꝫ quā nunc
patimur penā atq; miſeriā īcurrimus.q꞉ naſcunt̄ ī pctō ori
ginali ſcilicet ī p̄dicte originalis iuſticie carentia. Contra
quod peccatū tanq̄ remediū efficax a chriſto inſtitutū ē bap
tiſmi ſacramentū. Tertium capitulū declarat qua
lit a deo redēpti fuerimus.quis etiā ſit ingenerali tenor chri
ſtiane fidei.et credendorum a ſingulis
Omnipotens dn̄s ac piiſſimus pater nolēs humanum
o genus tot ⁊ tātis ſubiectū miſeriis ineternū ꝑire.⁊ a
regno ꝑadiſi īꝑpetuū exulare.cōcurrēte iuſticia ſimul ⁊ mi
ſericordia.His remediū decreuit adhibere. Voluit ſiquidem
idē piiſſimus pater vnigenitū filiū ſuū abſq; corruptōe car
nē ſumere.⁊ hoīem fieri intra ītemerate virginis marie ī-
maculatū vteꝝ.tātaq; ⁊ mirabilis vnio facta eſt duaꝝ na-
turaꝝ diuine ⁊ hūane ī vna ꝑſona filii dei.vt vere deus ho-
mo diceret̄ ⁊ homo deus.Jpe ē ieſus chriſtus ſaluator noſter
ꝑiter ⁊ redēptor qui antea quidē a patriarchis ⁊ prophetis
denūciatus.nouiſſie ī fine tēpoꝝ ī hac vltima mūdi etate cō
ceptus ⁊ natus.a paſtoribus ē cognitus.a tribus regibꝫ ori
entis adoratus.a ſymeone ſene anna ⁊ aliis q̄pluribus pre-

dicatus ⁊ a beato iohãne baptiſta digito demõſtratus. Idem deus ⁊ dñs noſter ieſus chriſtus circiter ãnoꝝ triũ ſpacio legẽ diuinã chriſtianãq religionẽ pdicauit ⁊ docuit eã inumerablib miraculis cõfirmãdo quã ⁊ ĩ ſcripturis quatuor euãgelioꝝ nobis p ſuos miſtros exhibitã obſeruandã reliquit. Ordinauit inſup ſeptẽ ecclĩaſtica ſacramẽta q̃ ſũt baptiſmus ꝯfirmatio. ordo. eucariſtia. penitentia. matrimoniũ. ⁊ vnctio extrema. Ipẽ poſtremo vt nos redimeret ⁊ ſaluaret ſub põcio pilato ſupplicio crucis acerbiſſimã ſuſtinuit paſſionem ⁊ mortẽ. Sepultus deinde ⁊ tercia die reſurgẽs ſpacio dierũ quadraginta diſcipl'is ſuis veritatẽ ſue reſurrectionis declarans frequẽter apparuit. ⁊ tandẽ videntibus apoſtolis celos aſcẽdẽs ſedꝫ ad patris dexterã ĩ excelſis. vẽturus ẽ poſtremo idẽ dei filius ieſ9 chriſt9 ĩ fine mũdi. p ignẽ finiẽdi. ⁊ ĩ melius ĩmutãdi. iudex generalis hoĩm cũctoꝝ ĩ aĩa ⁊ corpore reſuſcitandoꝝ redditurus ſingulis pmia meritoꝝ bonis quidem celeſte regnũ pẽnis btĩtudinis pctõrib vero penale ſupplicium ignis eterni. Hic eſt generalis tenor orthodoxe fidei chriſtiane. quã firmiter credere tenet catholicus quilib rõe vtẽs hũilit abſq curioſitate. pure atq ſincerit ſine falſitate. ⁊ certitudĩalit reiecta dubietate. Nõ procedẽs ſupuacue vſq ad quaſlibet difficultatũ minutias. ſed occurẽtibus difficultatũ nodis. hũilit ſe ſubmittat credulitas ſimpliciũ ĩtemerate fidei ſancte matris eccl'e. ſapiẽtũ platoꝝ ⁊ doctoꝝ. ſanctoꝝ pterea ſanctarũq. qui in teſtioniũ huius ĩuiolate fidei vſq ad mortẽ cõſtãter dimicauerũt. Cõtra fidẽ hãc illibatã grauiſſime peccãt heretici. ſciſmatici. ydolatre. ſortilegi. incantatores. et magici. ceteriq artib a lege dĩna prohibitis vtẽtes aut demonum inuocatores. Et generaliter illi qui articulos fidei noſtre totaliter aut in parte palam aut occulte deridentt. Illi pterea qui nõ credũt deũ omĩa iuſtiſſime regere ſua liberrima volũtate· cũcta potius aſſerẽtes nature. fortune. vel fato ſubici. maloꝝ etiã queadmodũ bonoꝝ finalẽ

ſaluationē affirmātes. Illi deniqꝫ qui noſtroꝝ actuū impu-
tabilitatē ad meritū vel demeritū negāt, diuinā pſciētiā eter-
nā etiā ipſius dei pdeſtiatōnē vel reprobationē opum noſtro-
rum libertatē tollere cōtēdentes. Hoꝝ ſimiles cōtra fidē or-
thodoxā ſunt errores inumeri. procedentes ex intellectus ſu-
perbia. huīliare ſe deo recuſātis. āt ex falſa philoſophia vel
potius melancolia fantaſtica · aut demū ex voluptuoſa car-
nalitate ratōis iudiciū et affectus pietatē ſubuertente.

Quartū capitulū maīfeſtat quid deus nobis obſeruādū
preceperit. enumerans decem precepta legis.

I Igitur (vt ī ſuperioribꝫ habitū eſt) deus optimus atꝫ
iuſtiſſimus nos hoīes vltra ſupraqꝫ irratōnales crea-
turas adeo excellenter cōdiderit ad ymaginē ſuā. ſcꝫ dās me-
moriā ītellectū atqꝫ voluntatē vt diligamus eū. ſeruiamus ⁊
amemus. miſericordiſſime preterea redemerit. paſſionē pro
nobis talē perferēdo. qualē nec ipſi pro delictis noſtris ſuffer-
re vellemus: profecto iuſtiſſimū eſt vt ipſi deo fideliter ſerui-
amus tanꝙ ſubiecti ſupremo dn̄o. ſicut filii naturales. patri
legitimo et velut ſerui ex diro peccati carcere morteqꝫ redēp-
ti ſaluatori liberaliſſimo. Attento ꝙ nobis eius precepta ſer-
uantibus gloria īexcogitabilis ab eodem promittitur. trāſ-
greſſoribus vero ineſtimabilia tormenta reſeruantur. Co-
gnoſcens nichilominus ipſe piiſſimus pater noſtram fragi-
litatem et exiguam potentiā nequaꝙ requirit a nobis om-
ne ſeruicium quod ſecundū iuſticie rigorem exigere poſſet. de-
dit qui potius certum numerū preceptorum quorum obſer-
uatio ſibi ſufficiens eſſet que etiam legis decalogo continen-
tur. Quapropter ad hec precepta ſcienda et intelligenda te-
netur quilibet per ſe vel per alium diligentiā apponere pro
conſeruatōe vite ſpiritualis quātā pro vite corporalis ſubſtē-
tatōe expōeret. ⁊ eo maiorē quo īmortal' aīa ē corpe pſtātior
ſine quoꝝ noticia nullus pōt cōuenient pctā vitare āt ab eis
reſurgē ⁊ quoꝝ ignorātia ex deſidia proueiēs non excuſat ſꝫ

accuſat et condēnat. Sunt aūt decē; hec precepta metris his
cōprehenſa. Unū crede deū. nec iures vana per ipſu;. Sabba
ta ſanctifices. et venerare patres. Nō ſis occiſor. fur. mechus
teſtis īiquus. Viciniqꝫ thorū reſqꝫ caueto ſuas. Quītum
capitulum eſt de explanatōne pmi precepti.

Primum preceptū eſt. Diliges dominū deū tuū ex toto
corde tuo. ex tota mēte tua et ex tota virtute tua. hoc
eſt. nō voles ſcienter rem quācūqꝫ amare pluſꝙ deū. propter
quod dei amorē perdas. hoc aūt preceptū cōuenienter ab ho
mīe ſeruaṫ et nō aliter. ſi legē dei et alia precepta operibus
īpleat. Quiſquis mortaliter peccat preceptū hoc īfringit. qꝛ
voluntatē ſuā dīne volūtati oppoſitum precipiēti anteponit

Specialiter aūt contra hoc preceptū agunt hoīes igrati
contra dīna iudicia ⁊ ordinatōes aut regimē erga ſe vel ali-
as creaturas murmurātes quaſi non eſſet deus oīno iuſtus.
bonus. atqꝫ miſericors et totus amabilis atqꝫ deſiderabilis.
Illi item qui ī foueā deſperatōis ſeipſos precipitāt per īpa-
tientiā. Illi preterea qui vrgente īfirmitate aut neceſſitate
aliqua ſortilegos cōſulūt et diuinatores vtentes pomis īſcri
ptis / aut breuibꝫ cartulis ſiue cedulis collo ſuſpenſis. aut ca
racteribꝫ et aliis quibꝫlibet vanis credulitatibꝫ. quaſi deus
ipſe non eſſet vſqꝫquaqꝫ potens. bonus. et ſapiens ad eis ſuc
currendū ꝙtum ſcit eoꝝ neceſſitatibꝫ expedire. Faciat igiṫ
homo ī neceſſitate cōſtitutus ꝙtum pōt naturali procurās
īduſtria remediū. non tentādo deū (quod grāde peccatum eſt)
aut noua miracula expectādo deſiderādoqꝫ. reliquū vero quod
nature vires excedit. deo plena fide ꝯmittat et īdubitāter deꝰ
qui noſcit oīa quiqꝫ optimus eſt. illud qḋ optimū cōmo
diſſimūqꝫ fuerit homini ꝯferet. Sepe equidē īfirmitas pau
pertas aut alia queuis tribulatō eſt hoībus vtilior ꝙ nimia
proſperitas qua faciliter abutimur. Scit nāqꝫ pater quid fi
lio proſit. magiſter quid diſcipulo cōueniat. et medicus pati-
enti de remedio cōpetenti nouit melius prouidere. Peccāt in-

ſuper contra preceptũ hoc illi qui mũdano quodã timore ir
riſorũ aut oblocutorũ verba formidãtes diuis preceptis obe
dire verent̃. quapropter etiam grauiſſime peccãt huiuſmoĩ
irriſores. perſonas diuo ſeruicio deditas ĩ ſtatu religioĩs vir
ginitatis. aut viduitatis cõſtitutas. aut ſtudio theologie de=
putatas affectõne carnali a bono opere retrahẽtes. Hoc rur
ſus precepto nobis precipitur honor ⁊ reuerentia ſanctis ex
hiberi. ſpecialiter virgini marie et bono ãgelo cuſtodi noſtro
vt nichil turpe ipſo vidente et preſente faciamus. quod pre=
ſentibus hoĩbus agere recuſaremus. Deniq; ſanctorũ reli=
quias. loca ſancta. et beatorũ ymagĩes debemuſ venerari. nõ
pro ipſis. ſed qr videndo eas honorẽ ĩpẽdimus rebus ĩ ſe pre
ſentatis per eas. iuxta ritum ſancte matris eccleſie. alioquĩ
peccatum ydolatrie cõmittitur ymaginẽ ſecundũ ſe adorãdo
credendo ipſam ymaginẽ pulcrã ſiue turpem nouã aut vete
rem plus habere virtutis aliquid. et quicq̃ numĩs ĩcludere
vel diuinitatis. Huic precepto plurimũ cõtrariat̃ nimius ho=
nor dñis temporalibus aut magnatibus. adulatõe ſiue ma=
lo aliquo fine exhibitus. omĩs etiã ſimulatõ vel ypocriſis ad
ĩanem hoĩm gl'iam aut fallacem deceptõem ordiata: ĩmode
ratus item amor parentũ erga filios. et generaliter auri et
argenti. aut alicuius creature. ſic q̃ homo ibi ſiſtat. ⁊ ĩ eis cõ
fidentiam ponat. Non enĩ hec omĩa ab ĩfernali morte nos po
terunt liberare. Solus quippe deus eſt verus et fidelis amĩ
cus qui in extrema neceſſitate opem preſtare poteſt. Unde et
ſuper omnia cõfidenter cũ cordis ſinceritate honorari debet
adorari ⁊ diligi. Sextũ capitulũ explicat formã ſcđi p̃cepti

Secundũ preceptũ eſt Non iurabis nomen dei tui ĩ va=
nũ. et ſine cã. Cõtra preceptũ hoc p̃cipaliter agunt
qui quod falſum eſt vel falſum eſſe credũt iurant periurium
cõmittẽdo. Valde nãq; hoc graue peccatũ ẽ cũ deus aſſumat̃
tanq̃ teſtis falſitatis Et qui artificioſe iurat falſũ. artificio
ſe deierat. Quãq̃ enĩ pro loco et tp̃e cõueniẽter veritas poſſit

ſubticeri:non tamē dici falſum ſciēter et periuriū cōmitti.
Peccant etiaꝫ grauiter cōtra pꝛeceptū hoc hi qui turpia faciūt iuramēta.deū blaphemātes.āt aīas ſuas iurādo demonibus deuouētes quicꝫ de hūanitate chꝛiſti ⁊ ſcīs īhoneſte loquūtur. Contra quos oēs ſic piuros et blaphemos/ ſtatute ſunt leges punitie tam a terrenis pꝛīcipibus ꝙ a pꝛelatis ecleſiaſticis. Vnde dolendū eſt ꝙ pꝛopter negligentiā eoꝝ quibus penas exequi pertinet nō ſoꝛtiūtur effectū. Multū vero diligenterqꝫ pꝛemiſſa deberēt attēdere hi qui cā lucri de facili iurāt ꝗadmodū mercatoꝛes ⁊ mercatrices. Illi etiā qui abſoꝛpti paſſione aut ebꝛietate ī ludis frequēter īhoneſtis ſiue pꝛohibitis(vt eſt taxilloꝛū ludus)enoꝛmiter iurāt. Et generaliter quicūqꝫ peruerſa cōſuetudīe aut īclinatōe pꝛenēti iuramentū emittūt. In talibus quippe ſepe piuriū cōmittitur pꝛopter qnod etiā tales aliqñ peioꝛes ſunt ī hoc ſarracenis aut iudeis et minus deū honoꝛātes. Ad hoc aūt genus peccati piurii ſcilꝫ reducitur votoꝝ fractio et ſolutio fidei matrimonialis.et generaliter īfidelitas qua īalterius pꝛeiudiciuꝫ ſecretū ipſius reuelatur.ſiue per cōfeſſionē ſiue aliomō ſecreto cognitū. Lege nāqꝫ dīna ⁊ naturali ſecretū teneri debet qđ ī ſecreto acceptū eſt.niſi alia via ſibi fuerit detectum. Poſtremo cōtra pꝛeceptū hoc reductiue peccāt qui vouēt āt pꝛomittūt ea que ſunt de ſe illicita.ꝙ ſi pꝛomiſſa talia opere cōpleant grauius inde et dānabilius peccant

Septimū capitulū elucidat tercium pꝛeceptum.

t Ercium pꝛeceptū eſt. Tu obſeruabis dies dñicos et feſtiuos:ab eccleſia ſeruari pꝛeceptos. Hec obſeruatō aut veneratō multipliciter accipiēda eſt.pꝛimū quidē vt quilibꝫ chꝛiſtianus illo die dñico vel feſtiuo legitīo īpedimēto ceſſāte.miſſā audire teneat. Secūdo vt quilibet eo die abſtineat ab oī laboꝛe āt mercatōe ⁊ alio quouis laboꝛioſo opere ſcđm ritū et cōſuetudīem pr̄ie quā īhitat. quā conſuetudīeꝫ pꝛelatus ſpūalis loci illius cognoſcēs ñ pꝛohibꝫ ꝙ ſi apud aliquē

ſuper tali cõſuetudĩe ſeruãda. aut aliis caſibus dubietas oc
currat: cõſulat ille ſupiores ⁊ peritos. ne per ãplã nimis aut
ſtrictã cõſciam ĩ peccatũ cadat Tercio accipiẽda eſt hec ob⸗
ſeruatõ vt vnuſquiſꝫ illo die propriã vitaꝫ et cõſciam diſcu⸗
tiat de cõmiſſis crimibus. a deo veniã petẽs. Recognoſcere
tunc debet chriſtianus multiplicia beneficia ſibi a deo preſti⸗
ta. nõ ĩ aliquo murmurãdo: aut ſibi guerrã de bonis ſuis fa
ciendo/ſed gratias referẽdo. Debet tũc audiri verbũ dĩnũ et
ſpũalis doctrina pacifice atꝫ reuerẽter. abſꝫ deriſiõe ãt ipe
dimẽto quocũꝫ. Mediteꝛ preterea quilibꝫ. ⁊ corã oculis cor⸗
dis ꝙtũ põt conſtituat mortẽ ſibi de propiquo ĩminentẽ. ĩfer
nũ atꝫ paradiſũ mortẽ etiã priorũ hoĩm qui ĩ hac vita pre⸗
fuerũt. facta etiã memorablia ſanctoꝝ ⁊ ſctãrũ. Dicat pater
noſter. Aue maria Credo. et alias ſi quas didiſcerit orões de
uotas. penitẽtias ĩiunctas ſibi diligẽter perficiat Requirat
ĩſuper dĩnũ auxiliũ. ĩtercеſſione mediãte ſctõrũ ⁊ ſanctarũ. a
quibus velut pauper et mẽdicus elemoſinã ſpũalẽ poſtulet.
nũc ad vnũ nũc ad aliũ ſe cõuertẽs. quouſꝫ bonũ aliqđ ſpũa
le ĩ ſaccũ ſue paupertatis cõgeſſerit. Preťea doceat quiſquis
curã aliorũ habet filios ⁊ filias et alios ſeruitores diebꝫ ſolẽ
nibus et feſtiuis ſimilia facere. Horũ enĩ omiſſio: culpablis
eſt defectus. Predictis tamẽ non obſtãtibus: licite põt homo
diebꝫ dñicis et feſtiuis aliquã recreatõem et ſpaciamẽtũ vel
ludũ honeſtũ cã ſolatii aſſumere pluſꝙ alio tẽpore dũ modo
per peccatũ mortale nõ offendaꝛ deus comedẽdo/bibẽdo/cho
reãdo/aut aliũ ludũ exercendo. Quãꝙ frequẽtiſſime ĩ talibꝫ
ludis grauia peccata cõmittanꝛ. Queadmodũ periuria rixe
diſſentõnes. deſideria carnalia. opera. verba. et carmia luxu⸗
rioſa contra deum et equitatem iuſticie. adeo vt ſepius die
dominico minus malũ eſſet aratro campis arare ꝙ talia
perpetrare. Cõtra preceptum hoc peccant grauiter im
pedientes predicationem aut diuinum ſeruicium verbis aut
factis intra eccleſiam aut extra. quiꝫ circa euchariſtie

ſacramentũ irreuerẽtes ſũt aut circa alia eccleſiaſtica ſacramenta. Sicuti baptiſimi et matrimonii celebratione quidã ſunt irridentes ꝛ ſacramenta cõfirmationis ꝛ extreme vnctionis ſuſcipere cõtemnentes. Ceterũ cõtra idẽ p̃ceptũ valde grauiter delinquũt hi qui in certis ſolẽnitatibus anni irreuerentias multas ꝛ abominabiles ꝑpetrant. Illi etiam qui talia facientibus dant cõſenſuꝫ. Illi p̃serti qui ex officio poſſent ꝛ deberẽt talia impedire. Nec excuſari poſſũt ludi p̃textu. Aſſerit nãqꝫ veridicum prouerbiũ. Non patitur ludum fama fides oculus.

Octauũ capitulum eſt de explanatione quarti precepti.

Quartum p̃ceptũ eſt honora parentes tuos. Hoc auteꝫ accipendũ eſt non tantum de parentibus carnalibus ſed et de p̃latis eccleſiaſticis ꝛ curatis noſtris qui nos ĩ chriſto regenerauerunt. ꝛ generalit̃ de aliis ꝑpoſitis magiſtris ſcilicet benefactoribus ꝛ terrenis principibus. Conſimiliter etiam de mortuis ꝛ defunctis intelligendum eſt quo ad hoc ꝙ pro ipſis deũ rogare tenemur. Contra p̃ceptum hoc grauiter peccant hi qui ſine cã rõnabili ſuis ſuperioribus quibuſcunqꝫ detrahunt aut maledicunt. ꝛ eos prodũt vel mortẽ eis optãt. Quemadmodum mali filii mortem parentũ frequenter deſiderant. vt eoꝝ hereditatem poſſideant Trãſgrediunt̃ etiam p̃ceptum hoc qui cõtemnunt precepta ſãcte matris eccl'e. veluti excõicationis ſententiã paruipẽdẽtes ꝛ ieiunia indicta ab eccl'a ſine cauſa rõnabili ſoluentes. cũ tñ ea obſeruare poſſent ſine ſui corporis notabili grauamine. ſicuti etiã libertatũ eccl'e violatores. q̃ libertas eccl'e cõceſſa eſt nõ tã fauore miniſtroꝝ eccl'e ꝙ icuitu diui honoris. Non ei pp̃ maliciã aliquoꝝ miſtroꝝ eccl'e dꝫ a quoꝙ fideli chriſtiano ſtatus prelaticus aut eccleſiaſticus diffamari aut ledi Nec perdit virtutem ſuam baptiſmus aut miſſa celebrata ſiue aliud ſacramentum propter maliciam miniſtrorum. Tenetur preterea hoc precepto lapcus fidelis ꝙꝙ aliqui eccleſie miniſtri mali ſint debitum reddere miſſam audire.

Decimas et oblatões et alia iura reddere. ordinata pro ſuſtē tatõe miniſtrorū eccleſie. qui vacādo diuino ſeruicio. toti rei-publice ſeruiūt plurimis aliorū hoim propter tēporales ⁊ ne ceſſarias occupatões ab hoc miſterio prepeditis. Qui ſic de bitū eccleſie reddit. liber et imunis deo. nō hoibꝫ ſeruit. Por ro preceptū hoc infringūt qui leuiter nimis et inſipiēter re-darguūt terrenos pricipes ſuper eorū actibus publicis ſiue cōſtitutõibus et ſtatutis non attēdentes ſepius eorū onera ⁊ ſarcinas graues. quas ſubditus populus nō pōt nec debet co gnoſcere. Quapropter nec eos de facili iudicare debēt. multa potius examini dīno reſeruātes . corā quo ſunt ipſi pricipes actuū ſuoꝝ rōnē reddituri . Deniqꝫ ſoluūt hoc pceptū qui nolūt ſupioꝝ ſuoꝝ aut ſapiētioꝝ acquieſcere cōſiliiſ propriiſ iudiciis īnitētes. Prouenit quippe graue peccatū hoc ex iobe dientia ⁊ dedignāti ſupbia ī errorē ⁊ deceptionē hoim indu cens. Cōtingit nāqꝫ ſepius. vt aliquis homo tali deceptus ſupbia tante ſe reputet ſciētatis. vt hūano cōſilio nō īdige-re ſe credat. Fit proinde vt deceptus homo ille propt auſte-rā nimis ⁊ īdiſcretā abſtinētiā (quā bonam eē credit) capitis furiā āt aliā īfirmitatē īcurabilē malo fine piturus īcurrat

Nonum capitulum eſt de intellectu quinti precepti .

q Vintū pceptū eſt. Nō occides hoiem. Et ē ītelligēdum ꝗ nō ē īterficiēdus homo auctoritate propria. vel pti-culari. ⁊ per viā facti pter miſſa via iuſticie ⁊ equitatis. Hoc pcepto diſtricte prohibet omne puerſū odiū ⁊ deſideriū vi-dicte. ſeu mortis aliene. Malum itē cōſiliū. ⁊ iniquū cōſēſus in alterius nocumentum. leſionē. vel mortē . Q' ſi perſona leſa eccleſiaſtica fuerit. aut inſtatu clericali conſtituta. graui us eſt peccatum et incurrunt eo facto ſic agentes et conſen tientes excomunicationis ſententiam. Contra preceptum hoc grauiter delinquunt hi qui odio vel rancore principali-ter moti. aut intuitu vindicte et alieni grauaminis potius ꝙ zelo iuſticie inſtigati. proximos ſuos per plancitationes et

proceſſus aut iudicia publica multiplicifer vexant. etiā qđ
ſuū eſt requirentes. Poteſt nichilominus homo quod ſuū ē
in iudicio publico repetere. et ordine iuris ſeruato. emendā
rōnabilē ſue dānificatōis requirere. abſq3 hoc ꝙ odiēdo pro
ximū mortaliter peccet. ꝙ̄quā ſepe pro pace propria et tran
quillitate. attenta proximi indigentia eligibilius eſſet oēm
emendā abſq3 lite publica alteri remittere. Uulgo nāq3 dicit᷑
Indenariata litis non ē oboius amoris. Multū vero is qui
ledit alium deb3 attendere ꝙ ex alteriꝰ mutilatione vel oc=
ciſione. vel leſione quacunq3 contingit interdū leſum cū ſuiſ
heredibus oīno de paupari inquo caſu ledēs ꝙ̄admodū fur
aut latro. ad oīm bonoꝝ ꝑditoꝝ reſtitutionē tenet᷑. Prete
rea cōtra p̄ceptū hoc grauit᷑ peccant qui quoquomō īpediūt
ex ꝯmixione viri et mulieris fetum naſci. aut abortiuū pro
curant ſeu percuſione violenta vteri. aut nimia ingluuie.
aut ꝑꝑ̄ āguſtiā veſtimētoꝝ adlaſciuiā ordīatā āt alia ꝙ̄cūq3
negligētē fetꝰ cuſtodiā. Q' ſi fetꝰ iā erat aīatus grauius pec
catū eſt. Tūc enī vere homicidiū ꝑpetratur. Inſup contra
p̄ceptum hoc ſpecialiter peccant. iuidi detractores. odio. ple
ni. et iracūdi. tunc precipue ꝯ inter affines aut alios guer=
ras aut diſcordias implacabiles excitant. ex quibus mala
plurima oriuntur. adeo vt is qui litem mouit eam cum vel
let. non ſciret aut valeret ſe dare. Unde et apud deum dāno
rum inde prouenientium reus conſtituitur Occurrit deniq3
contra preceptum hoc dāpnabilis et horrenda conſuetudo
in aliquib3 obſeruata prouinciis qua pro vnius delicto to=
ta ipſius progenies iu mortē ⁊ perſecutionē ꝑquirit᷑. hoc tā
dē p̄cepto interdicit᷑ omne duelū mortale aut torneamētu3
quibus mortis veriſimiliter imminet periculum.

Decimū capitulum eſt de expoſitione ſexti precepti.

ſ Extū p̄ceptū eſt. Non furtum facies. Et eſt furtū vel
latrociniū rem alienā capere ſeu retinere. alio cuius ē
ignorāte ſic ꝙ ipi hoc ꝯgnoſcēti diſplicer3 hoc p̄ceptū

diſtricte prohibetur omīs iniuſta mercatio.cultura quelibet
terre aut labor infidelis et fallax.quodlibꝫ ⁊ mendoſū artifi-
cium pro vtilibus. fictus etiā diete labor et rerū venaliū in
utiliū quomōlibꝫ venditio.ſiue venditor earū eas emēdo de
ceptus fuerit ſiue non. Non enī quia deceptus ſum licite poſ
ſum aliū decipere.Prohibetur item hoc p̄cepto omīs vſura
falſa aduocatio aut patrocinatio placitatioqꝫ vel lis nō rite
aſſumpta.fraudulēta procuratio.aut iniuſtū iudiciū· Et ge
neraliter oīs deceptio manifeſta aut falſo colore velata:qua
quis alteri dānū facit.quod ſibi nollet fieri.Aggrauat̄ autē
peccatū hoc furti vel latrocinii ex circunſtātiis loci et tēporis
perſone et ſimilibus quēadmodū ſi rem ſacraꝫ in loco ſacro
aut tempore orōni deputato quis auferat· Si etiam perſona
dānificata pauper fuerit .et in ſe vel in ſuo ſtatu aut in ſuis
heredibus ex hoc graue detrimentū patiatur. Requirit̄ aūt
ad plenā ſic aliū dānificantis abſolutōem vt ablata et dam
na ex integro dānificato reſtituat et ſi dānificatus ignoret̄:
nichilominus ablata in pios vſus et elemoſinas diſtribuat
ſecundū iudiciū ſuperioris: Hoc etiaꝫ precepto prohibetur
omīs ſymonia que eſt ſacrorū venalitas.pluralitas itē bene
ficiorū abſqꝫ rationabili cauſa. ⁊ formatio vel vſus falſe mo
nete. Jtē rem aliquā ad certos terminos ad credentiā plus
iuſto vendere et omīs cōtractus illicitus· Preterea prohi-
betur hoc precepto omīs detractio ⁊ diffamatio qua alterius
fama bona omī argento preſtātior alteri iniuſte tollit̄. De-
bet equidē ſic diffamans alteri famā reſtituere q̄tum poteſt
publice quādoqꝫ veritatē confitendo et ſe male feciſſe aſſerē
do. quod et multomagis ſi cōmunitatē aut totū aliquē ſta-
tum diffamauerit iniuſte. Jnſuper hoc preceptū infringunt
qui a ſubditis ſuis vltra iuris equitatē ⁊ reipublice neceſſita
tē tēporalia bona violenter eripiūt.quiqꝫ iniuſta bella excitāt
aut cōtinuāt.qui etiā iniuſtas leges ant precepta condūt cō
tra deū ⁊ eccliā.qui ⁊ eo facto excoīcatōꝫ incurrūt .Amplius

hoc tranſgrediunẗ p̄ceptum adultere mulieres illegitimos filios ad legitimoꝝ hereditatē ſuccedere facientes. queqꝫ viroꝝ ſuoꝝ bona eis ignorātibus ſumptuoſe nimis ꝯſumūt Similiter delinquūt filii parentū bona eis inſcientibus inutiliter exponendo. ſeruitores etiam aut diſpenſatores dominorum ſuoꝝ aut magiſtroꝝ bona infidelit̄ miniſtrando. eccleſiaſtici viri eccleſie bona luxurioſe aut pōpatice cōſumēdo. aut ea in theſauros cumulando. Illi item qui terminos agroꝝ dilatant proximos defraudando. qui tributa iuſte inſtituta ſoluere renuūt ⁊ hi quibus cōmiſſa eſt teſtamētorum executio elemoſinas et cetera legata in p̄iudiciū defūctorū implere differentes. aut ſoluere recuſantes. Plurimi ſūt horum modoꝝ ſimiles. qui ⁊ p̄cedentes ex īmoderatis ſumptibus proueniunt. cū quis multiplicit̄ vltra redditus ⁊ prouētus proprios ſūptuoſū gerit ſtatuꝫ. Sūptuoſus nāqꝫ ſtatus ſūptuoſas requirit expenſas. Poſtremo contra p̄ceptum hoc grauiſſie peccant. hi qui pecunia aut prece violenta parētes propinquos aut ſeruitores principalit̄ intuitu ſeruicii eccl'e bona occupare procurant. ꝯ p̄ſerti eccleſiaſtica beneficia dignis ⁊ ſufficiētibus debeanẗ. ⁊ pure nō ſymoniace cōferri debeant. Alioquin ī bn̄ficio nullū ius acquirit. Nec a crimine liber eē poteſt quouſqꝫ beneficium reſignet ſymoniace promotus.

### Vndecimū capitulū preceptū ſeptimū explanat.

ſ Septimū preceptū eſt. Non mechaberis. Hoc precepto inhibeẗ ſub pena peccati mortalis omīs ſocietas ⁊ carnalis cōmixtio viri ⁊ mulieris excepta matrimonii lege. Huius nāqꝫ oppoſitū aſſerere eſt error cōtra fidē. Prohibeẗ etiam p̄cepto hoc tam matrimonialit̄ cōiunctis q̄ ſolutis omnis luxurioſus attactus mēbroꝝ genitaliū quo non ſeruaẗ naturalis ordo inditus a natura. vel non rite copulanẗ ptes ad generationē a natura deputate. Et tanto peccatum hoc grauius ē quanto a naturali ordine longius recedit ſiue inter perſonas ſolutas ſiue quod crimē aggrauat cōiūctas

matrimonialiter ſiue ſuerint huiuſmodi attactus in ſe vel
in aliena perſona aut reſpectu beſtie in altera ſpē ꝑ turpiſ-
ſimā et illicitā cōplacentiā cōſummatus. Si deniq̄ȝ ſpāliter
attactus ipſe inaturalis proueniat a fediſſima viliſſimaq̄ȝ de
lectatōe que mollicies vel pollutio dicit̄. Si quis autē ī his
vel aliquibus horū culpabilis eſt. ſufficienter ītelligere pōt
quid iſti modi loquendi generales ſignificent. Nec enī par-
ticularius extra cōfeſſionē eſt abominabilis hec imūdicia ex
plicāda. ne caſte aures pure et īnocentes horū prius ignoto
rū noticiā acquirāt ſcandalizent̄q̄ȝ. Sūt etiā caſus iſti enor
mium cōtra naturā peccatoꝝ prelatis maioribus epiſcopis
ſcȝ ⁊ penitentiariis ſuis ad ſoluendū reſeruati. quorū aliqui
ſecundū leges ignis pena plectunt̄ nec pōt aliquis quotcūq̄ȝ
bona āt elemoſinas operet̄ ieternū ſaluari ſi pudore motus
hec peccata reticeat vel a deo celet vt nō poſſit cōfeſſor pecca
ti ſpēm diſtinctius perpendere. Peccati nāq̄ȝ perpetratō ma
iorem debuit pudorem īferre q̄ eius reuelatō preſerti in con
feſſione. Incidit autē homo in horrendū peccatū hoc variis
de cauſis aliquādo quidē ex ſola malicia alterius ipellentis
ſicuti iuuenes aliqui peruerſi alios īnocentes frequēter de-
cipiūt. Aliquādo ex nimio ocio. frequenter ex ſūptōe nimia
potus aut cibi. potuū preſerti aut ciborū exceſſiue nimis ſu-
percalefactiuoꝝ. ſepe ex īhoneſtis verbis aut aſpectibus ra
dicatis et fixis. quādoq̄ȝ ex diuturna cogitatōe circa carnalē
actū vel cōmixtionē viri et mulieris. aut iordinato appeti-
tu carnalis cōmixtionis cū tali vel tali perſona. Interdum
etiam ex peruerſa doctrina parentū ſeruitorū aut ancillarū
ſiue (quod magnū facinus eſt) magiſtroꝝ cū quibus iuuenis
aliquis cōuerſat̄ aut nutritur vel poſtremo ex ſola peccātis
malicia. Ceterū propter deteſtandū peccatū hoc olim mū-
dus conſūptus eſt vniuerſali diluuio et quiq̄ȝ ciuitates ſodo
me et gomorre igne celeſti ſuccenſe vt habitatores earū viui

deſcenderent in īfernū. Propter item peccatū hoc qḋ dinaꝫ
exclamat vindictā veniūt ſepius fames. guerre/ peſtes/ mor
talitates/ īundatões aquarū. proditões regnoꝝ et alie mul
tiplices clades prout ſcripture teſtanꝰ. Pricipale vero ⁊ effi
cax contra peccatū hoc. ⁊ generaliter aduerſus luxuriā reme
diū eſt ſobrietas victus. maloꝝ vitare cōſortia. ⁊ ociū. malas
et noxias cogitatões ſtatī repellere. ne figanꝰ ī corde. ex toto
conatu preces ad deū. ad virginē mariā ſanctos ſanctaſqꝫ di
rigere. cogitatões ſuas aliorſū dimittere. et interdū corpora
lem penālibenꝰ aſſumere. q̄admodū quidā ꝑitus liguā pro
priā mordēs ⁊ tentatōeꝫ alloquēs ſpuendo dicebat. Fy fy fy.
horrēda īmūdicia. ⁊ tu nequiſſime demō auſus es michi hāc
illuſionē preſentare. Huius deniqꝫ peccati luxurie plurime
ſunt alie ſpēs ſcdm varios hoīm ſtatus q̄admodū carnalis
cōmixtio affiniū parentū/ aut alioꝝ. religioſarū itē ꝑſonaꝝ
viduarū. aut virginū cōſtupratio. et qn̄qꝫ raptus violētus.
Ex quibꝫ infinite clades oriunꝰ vt ꝙ perſona aliqua in via
perditōis cōſtituiꝰ aut perpetuā īcurrit īfamiā. vel ſeipſum
occidet. aut īfantē ex ſtupro natū cōtinuo nō baptizatū iugu
labit. aut deniqꝫ totus vnus ſtatus aut coītas īfamiā āt rui-
nā patieꝰ. Sētimus poſtremo huius peccati ī ſono fātaſias
et illuſiones tūc tamē eſt peccati periculū cū quis antea vel
poſt in vigilia ī nocturna fātaſia vel pollutōe delectaꝰ.

Duodecimū capitulū eſt de ītelligētia octaui p̄cepti.

O Ctauū preceptū eſt. Non falſū teſtimoniū dices. Hoc
precepto oē mendaciū prohibeꝰ. Illud ſpāliter qḋ in al
terius perniciē cōmittiꝰ ꝙ ſi iuramētū īteruenerit: grauius
peccat. quia ꝑiurus eſt. Nūꝙ eni pro ſalute etiā hoīs corpora
li vel ſpūali debet quis periuriū cōmittere. ſiue coraꝫ iudice
vel ſeorſū. Periuriū vero tale qḋ ī iudicio publico quis com
mittit. eſt caſus ad ſoluendū epiſcopo reſeruatus. Cōtra pre
ceptū hoc grauiter peccāt qui in cōfeſſione mēdaciter pecca
tum celāt. aut aliū inique accuſāt. Inſuper cōtra preceptū

hoc agunt qui delectabilit nimis adulatoꝝ nouitatibus aut
alioꝝ diffamatōibz aures credulas pꝛebēt. occaſionē īde pec
cati ſumētes. aſſerētes nimia leuitate de pꝛoximis mala. ze-
lotipi ꝑterea vel ſuſpicioſi pꝛoxíos et actus eoꝝ male ⁊ ſini
ſtre iudicātes aut īterꝑtātes adeo vt ex huiuſmodi credul i-
tate falſa. īiuſta bella ⁊ lites ſepe moueāt.

Tridecimū capitulū nonum pꝛeceptū declarat᷒

n Onū ꝑceptū eſt. Non cōcupiſces vxoꝛē ꝓximi tui. ⁊ cō
ſimiliter nec femīa virū cōcupiſcat Hoc ꝑcepto diſtri
cte ꝓhibet: oīs modus vel geſtus exteriōꝛ malus quo trahit
alius vel ſolicitat ad peccatū luxurie. ſiue per īternūciū ſiue
per miſſionē litterarū. ſiue per minas violētas. ſiue etiā per
munera ꝑ ꝓmiſſiones ꝑ mēdacia aut fictas adulatōes āt in
ſuper ſuꝑfluo veſtimētoꝝ oꝛnatu iordīato aſpectu vel īceſſu
verbis turpibus. aut deniq3 attactu quolibz luxurioſo ſicut
frequēter cōtigit ī āplexibz ⁊ obſculis. Sciēdū ē nāq3 ꝙ oīs
cōcupiſcētia carnalis cōmixtioniſ ꝑter matrimoniale vincu
lū etiā ſolo volūtatis cōſenſu plenario ꝑpetrata eſt moꝛtale
peccatū vbi carnalis copula mīme ſequeret. Equidē vera eſt
hic regula magiſtralis. Mala volūtas ꝓ facto reputat. In
quo peccati genere peccare pōt ꝑſona matrimonialit alteri
copulata ꝗadmodū ⁊ ſoluta vt ſi mulier alterius ꝙ viri ſui
carnalē ſocietatē cōcupiſcat. Oīs etiā cōſenſus plenarius et
deliberatus quo quis ī turpibz ⁊ carnalibus cogitatōibz dele
ctat vbi etiā deeſt volūtas actum exterioꝛē ꝑpetrādi ſcd̄z plu
res doctoꝛes eſt moꝛtale peccatū. Patet igit ex ꝑdictis ꝙ oēs
āplexus. oſcula. ⁊ cōſiles attactus pꝛīcipalit ex luxurioſis co
gitatōibz pꝛius enumeratis ꝓcedētes ſūt grauia delicta tāto
ꝗ grauioꝛa: ſi ꝑſōe ſīt affines āt religioſe vel eiuſꝺ ſexuſ. ⁊ qꝺ
enoꝛmi᷒ eſt ſi ī talibus attactibz vel oſculis. talis non ſeruet
honeſtas. qualis ī publico ſeruaret. Quāobrē ſi quis in pꝛe-
miſſis attactibz vellet alteri vi īferre deberet alius ex aduer
ſo ꝗadmodū ꝓ vite coꝛpalis tuitōe virilit reſiſtē ſiue verbis
ſiue fctis. āt validis clamoꝛibz āt deniq3 fctm̄ tale ꝑſonis ípm

in hoc iuuare valentibus ⁊ ad hoc aſtrictis reuelando. Alio-
quin talis quiſquis ille eſt non ſinceriter ſuā diligit caſtita-
tem. ⁊ honorem.

Quartūdecimū capitulum eſt de forma decimi precepti.

Decimū preceptū ē. Nō cōcupiſces rē proximi tui. hoc
eſt. alterius cuiuſcūqꝫ. ⁊ intelligit̃ hic concupiſcentia
prohiberi q̃admodū ſupra in p̄cepto ſexto de furto ⁊ latroci
nio explicatum eſt. Prohibet̃ enī hec cōcupiſcentia ⁊ volun-
tas mala cū mala volūtas vt paulo an̄ dictū ē pro facto re-
putat̃. Tali nāqꝫ cupiditate cadit frequēter homo in inuidi
am et in īpatientiā ſui ſtatus. ⁊ dei blaphemiā. apud ſe non
recte cogitās bona tēporalia ſe iuſtius meruiſſe q̃ talis ſuus
vicinus ꝙ idcirco deus iniuſtus ē ⁊ ſibi nō niſi fruſtra ⁊ īani
ter ſeruiendū. ꝙ ſi incōmodū aliquod aut dānū alteri cōti-
gerit: ſtultus ille letat̃ ⁊ gaudet aſſerens pro ſuis demeritis ⁊
occulta malicia hoc idem accedere Contra preceptum hoc
reductiue peccant operum miſericordie tam ſpiritualiū q̃
corporalium ſeu elemoſinarum cōtemptores velut pauperi
bus ⁊ indigentibus cum falcultas adeſt ⁊ occurrēte euidenti
neceſſitate nō ſubuenientes. ⁊ ſpecialiter parētes proprios qd
pudendū eſt mendicare deſinentes. aut eſurire aut egere per
mittentes. Conſimiliter peccāt qui mercēnariorū aut ſer-
uitorꝫ ſuorꝫ ſalariū vel lucrū iuſtū iniuſte retinent. quiqꝫ ele
moſinarꝫ p̄textu aut fundationis eccleſiarꝫ occupant inique
aliorꝫ bona. dicentes proprietarios nimis diuites eſſe. ⁊ eiſ-
dem abuti. nec eis propterea reſtituenda fore . Cōdēnat eos
nāqꝫ approbata pauli regula. affirmātis nō eſſe faciēda ma
la vt inde bona eueniāt. nec quoquomodo p peccatū offenden
dus eſt deus. eius trāſgrediendo p̄ceptū qualecunqꝫ bonum
inde prouenire contigerit .

Quindecimū capitulum oſtendit qualiter in his decem
preceptis velut in mundo quodam ſpeculo facies conſcienti
arum noſtrarum debemus inſpicere

h Ec igit̃ ſũt decẽ legis p̃cepta ſupius enarrata. in quibꝫ
quaſi ſpeclo quodã pollito terſo ⁊ mũdo religionis chri
ſtiane veritatẽ ꝑlegere. ⁊ totius vite noſtre ac aĩarũ coſcien-
tiarũq; noſtraꝝ pulcritudinẽ atq; feditatẽ poſſumus diſtinc
te cõſpicere. His mediãtibꝫ cognoſcit homo vite ſue decurſũ
qualit̃ dĩna p̃cepta ſeruauerit. q̃tũq; deuiauerit. quibꝫ mo-
dis ſcd̃ꝫ varias peccatoꝝ ſpẽs deũ offẽderit. qualis deniq; pec
catoꝝ ſuorũ cõfeſſio habẽda ſit. q̄ ſi p̃dictorũ aliqua a quoq̃
nõ plene ĩtelligant̃. cõſulat ſup his ſapientes potiſſime ac de
uotos viros. Oĩs nãq; pſona poſtq̃ ad annos diſcretõis pue
nerit. ſi cõſenſu plenario volũtario ⁊ deliberato. horũ alicui
preceptorũ p cõtemptũ ĩobediens extiterit. dilectõi dei amo
rẽ creature p̄ponendo. extra ſalutis ſtatũ efficit̃ et ĩ dãnatõis
piculo ſtatuit̃. Nec gratũ aliquid deo dignũ beatitudĩe opat̃.
Q̃q̃ ſi in tẽtatõem grauẽ aut diuturnã ire ſiue luxurie. aut
alterius peccati quis ĩcidat ſi ipſa tẽtatõ homini diſpliceat.
aut eidem homo reſiſtat. vel ei non plene et deliberate cõſen-
tiat. mortalit̃ non peccat. ĩmo ſepe nullomõ peccat ſed ma-
gnũ erga deũ premiũ meret̃ tẽtationi viriliter reſiſtendo. Hic
iam proſpicere clarũ eſt quibus viis et modis decem hec pre
cepta ĩfringant̃ ſeptem mortalibus peccatis et capitalibus
viciis que ſũt. Superbia. ĩuidia. ira. auaricia. gula. luxuria
et accidia. Quĩq; item exteriorũ ſenſuũ miniſterio. qui ſunt
Viſus. auditus. olfactus. guſtus. et tactus. Sicq; quiſquis
in his decem p̃ceptis ſpeculi vite ſe diligenter intuet̃ recte ſe
cõſpicit vere ſe cognoſcit. ſeq; paruipendit. et his obediẽs iã
diſerte ſapit. Sextũdecimũ capitulũ explicat qualiter tri
plicem veritatem ore vel corde confitendo. a ſtatu peccati
mortalis ad ſtatum gratie reſurgimus

ſ Ciens nichilominus noſter miſericordiſſimus pater
deus. ⁊ cognoſcens noſtram fragilitatem permaximã
et ad malũ promptam. multiplicibus viis mortali vita du

rante paratiſſimus eſt nobis delicta remittere.et gratiā con
ferre.ſi dūtaxat veraciter et ex corde ſibi tres ſubſcriptas ve
ritates ꝑrigamus. Prima veritas eſt. Domine ſic. vel
ſic.contra veſtrā bonitatem peccaui/quod michi diſplicet.cu
ius et penitentiam ago.quia vos offendi qui totus eſtis ve=
nerandus et colendus.ꝙꝫ mandatū veſtrum tranſgreſſus
ſum. Secunda veritas eſt. Domine bonū habeo propoſi
tum veſtro iuuamīe mediāte michi in futurū precauēdi: ne
recidam in peccatum.et occaſiones peccatorū iuxta poſſibili
tatem viriū euitandi. Tercia veritas eſt. Domine.bonā
habeo voluntatem peccatorū meorū cōfeſſionem ītegraliter
faciendi.pro loco et tempore.ſcdʒ veſtrū et ſācte matris eccl'ie
mandatū ⁊ preceptū. Has veritates quiſquis qualicūqꝫ loco
vel tempore ſinceriter non ficte.aut mendaciter ex corde pro
nunciauerit.ſecurus exiſtat ſe in ſalutis et gratie ſtatu con=
ſiſtere.et vitam eternam mereri q̄uis omnia enarrata pri=
us crimina commiſiſſet. Si etiam talis abſqꝫ alia confeſ
ſione continuo decederet in abſentia ſacerdotis dormiendo/
aut alias quouiſmodo morte ſubita preuentus: idem finali
ter ſaluaretur acerbiſſima purgatorii pena mediante.

Ex quo notandum et ſalubre conſilium elicitur.vt chri=
ſtianus quilibet ſingulis diebus bis aut ſemel ſero.et in ma
ne.aut ſaltem feſtiuis diebus redeat ad cor ſuum conſcienti
am examinans.an tres premiſſas veritates proferre valeat
cum cordis ſinceritate.ſicqꝫ intra ſtatum ſalutis ſe eſſe con=
fidat. Q' ſi eas pura mente fateri non valet. obſtante vo
luntate peccandi. qua actualiter delectatur aut iniquo pro=
poſito quo quis occaſiones peccatorꝫ vitare renuit.quem
admodum illi qui peccatis carnalibus merſi reſurgere no=
lunt. aut vſuras ſuas et iniuſtas mercationes et lucra conti
nuant. vel iniuſte retinent alienum quiqꝫ alterius odio et
vindicte deſiderio flagrantes in nocendi propoſito perſeue

uant. Certiſſime ſciant hi et conſimiles non epiſcopum/
aut papam eos abſoluere poſſe. Quanq̄ talibus ſalutare cō
ſilium detur. vt per ſe ipſos vel alios bona que poterunt ope
rentur orando vel elemoſinas dando. quo deus eorum corda
illuminet. et ad bonum dirigat et conuertat. nullū eſt enim
exiguum a deo bonū opus. quod nō tandē deus eterna vel tē
porali mercede remuneret. multoq; melius eſt temporale bo
nū et minimū. q̄ omnino nullū promereri. Saluberrimū ē
etiā laudabilē ꝯſuetudinē illeſā ſeruare. ne eam ſemel diſſol
uēdo nunq̄ ineternū forte reſumat.

Decimūſextū capitulū oſtendit quis ſit cōfeſſionis mo
dus et dat circa hoc vnum breue documentum.

q Hotienſcunq; accedet homo ad confeſſionem peccatoꝝ
explicandam hoc eſt de neceſſitate ſemel in anno circa
ſolennitatem paſchalē. aut cum mortis imminet periculum
aut in ſacramentorū ſuſceptione (ad frequentiorem enim cō
feſſionem regulariter non tenemur quāq̄ ſepius cōfiteri mul
tum prodeſt ad augmentū gratie ⁊ diſtinctiorem cognitionē
et explicationē peccatorū) debet premeditari cōfeſſurus quid
aut in quo deliquerit cū examine diligenti conſcientiā diſcu
tiens acſi magnum temporale cōmodū inde reportaret accu
ſet ſe poſtmoduz peccator humiliter. non irriſorie veraciter
ſine fictione vituperando ſe vel laudando. pure item atq; ſin
ceriter facta īpertinētia dimittendo: diſcrete inſuper vt nō re
uelentur hi quos conſortes et ſocios habuit in peccato. De
hiis enim confeſſor inquirens etiam grauiter peccaret niſi
forſan ſodales huiuſmodi cauſa petendi conſilii ad eorum
pellendam violentiam confitens detegeret. aut fortaſſis ad
explicandam peccati ſpeciem neceſſitas eos manifeſtari po
ſcēt. vt ſi quis cū ſola ſorore carnaliter cōmixtus fuerit. In
quo caſu querēdus eſſet confeſſor perſonā in confeſſione de
tectam ignorans. Super caſibus autem ad ſoluendum epi
ſcopo reſeruatis aut ſuperiori remittat ſacerdos inferior cō

fitentem ad prelatum vel ſuperiorem eum potentem abſol-
uere/ niſi forſitan confitenti periculum mortis immineret
aut magnum aliquod ſcandalum ex hoc oboriri. vel peccati
reuelationem ſequi coniectura probabili formidetur. Hoc ve
ro pro regula certa et documento ſalubri teneatur/ vt nunꝗ
pro peccato ſecreto vel occulto penitentia publica penitenti
bus iniungatur. Nec penitentia imponatur quã nequeant aut
nolint ſufferre. Non debet rurſus confitens iniunctã ſibi pe-
nitentiam faciliter reuelare. quo cõtingit interdũ peccatum
ſuum prodi. aut confeſſoris dicta aut interrogata nimia le-
uitate detegere. Hec enim omnia ſecreti confeſſionis integri
tatem concernunt. niſi (quod abſit) confeſſor penitentem ad
malum aliquod hortaretur. Eſt preterea vtile et efficax re-
medium diligentius retinendum ab his qui peruerſa incli-
natione vel conſuetudine incidunt in aliquod enorme pecca
tum a quo non de facili retrahuntur. ꝙ ſcilicet ſeipſos ad pe
nam aliquã pecuniariam vel aliã ad certum vſqꝫ tẽpus pre
fixum. cum certo rationis moderamine conſtringant. quoti-
enſcunqꝫ in id peccatum incidere contigerit. Dicunt nãqꝫ ſe-
pius inſipiẽtes aliqui ſe a peccato ire/ luxurie/ periurii/ et ſi
quod eſt ſimile abſtinere non poſſe. Qui tamen hoc ipſo ſalu
bri remedio velut mendaces facilime confutantur: cum vni
us albi vel franci in emendam cuiuſlibet tranſgreſſionis in
flicta pena ipſos a perpetratione iniuſti operis retraheret
Vnde manifeſte conuincitur eos diuini precepti et proprie ſa
lutis intuitu a conſuetis viciis abſtinere poſſe niſi fictã et p
uerſam haberent voluntatem. Tales veluti fatui veritati
non credunt aut obediunt quouſqꝫ ſupplicia luant. et delicto
rũ ſuorum ſeram et infructuoſam penitentiaꝫ agant. Fitqꝫ
iuſto dei iudicio vt qui penitere de commiſſis cum poſſũt nõ
volunt cum velint nequeant.

Decimumoctauum et finale capitulum concludit nõ eſſe
queꝗ̃ ab alio ad pctm̃ ipellendũ ſed ad bonũ potius opãdũ

Oſtremo quidquid agat homo in perſona ſua ſupre
me caueat aliū ad male agēdū ſolicitare. aut verbis
aut factis exēplis vel cōſiliis aliquid agere. quod de
ſe ſit alteri occaſio ruine peccati. ſpecialiter coraȝ iuuenibus
aut perſonis innocentibus. Hoc ei propriū eſt ſingulareqȝ de
monū officiū. q̄ṗadmodum bonoꝝ angloꝝ intereſt ſpecialiter
homines inducere ad bonū. Cōpertū eſt etiā frequenter acci
dere/ q̄ hoīes alioꝝ ad malū īpulſores vix aut nūq̄ delicti ſui
cōdignā penitentiā aſſecurātem pficiāt. q2 neq̄ūt eos corrige
re ad bonū quos deceperūt. Iā forte dānati ſūt vindictā a deo
poſtulātes. eternāqȝ eis maledictionem iugiter iprecātes. ſi=
cuti ex oppoſito iā ſaluati alioꝝ doctrinis et factis aut ope=
ra diligenti (qua nullū deo opus aut ſacrificiū acceptius eſſe
poteſt ꝛ ad pctā delēdū validius) pro ſuis adiutoribus preces
indeſinenter effundūt. Curet propterea fideliū quiſqȝ iuxta
cognitionis ꝛ virtutis adeo ſibi cōceſſaꝝ facultatem. moni=
tōnibȝ ꝛ exemplis aliū ad bene agēdū icitare. pater filium
doctor diſcipulū ꝛ ſapiens īſtruat ignorātem. Rogemus tā
dem pro mutua pace et vnanimi inuicem caritate qui poſt
mortem corpis huius pennis btitudinis pticipes ſimus.
quam nobis concedat deus vnus eſſencialiter ꝛ pſonalit̄ tri
nus qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum amen.

Explicit de preceptis. Sequitur de confeſſione.

Viſquis a morte peccati ad ſalutis ꝛ gratie ſtatum
q volet reſurgere q̄ qȝ actus ſui et intentōnes ad vi=
tam eternam vtiles ſint et meritorie: humiliter
neceſſe eſt contritus et dolens delicta ſua recognoſcens intel=
ligat: Efficaciter etiam proponat auxiliante deo a peccato
mortali ſibi precauere ꝛ abſtinere ī futuꝝ. firmū preterea ac
ſincerum propoſitū habeat cōpetentibus loco ꝛ tpe pctā ſua
ſaltē mortalia diſtincte et integralit̄ cōfiteri. Qd̄ vt cōmodi
us fiat. priuſq̄ ꝯfitens crimina ſua reuelaturus accedat. cir
ca ea matura moroſa qȝ diligentia p̄meditari tenetur. quaſi

magnū aliquod emolumētū tēporale inde reportare ſe crederet
quo complete magis ipa cōfeſſori ſuo ac lucidius exprimat.
Quia vero plurimi ſimpliciū/ob negligētiā aut ignorātiā nō
excuſātē ſed potius accuſantē modos et ſpecies neſciūt pctōꝝ
preſens cōfecta eſt tabula/quā inſpiciētes ꝯfeſſuri preuia co
gitatōe inſtructi/ſufficienter ad ſalutē poterunt ſua pctā co
gnoſcere.memoriterqꝫ tenere/et confeſſoribus vtiliter refera
re.Prodit autē tabula hec ſecūdū nūerū et ordinē mortaliū
pctōꝝ q̄ ſūt Superbia/inuidia/ira/auaricia/accidia/luxu-
ria/gula.

c Onfeſſurus ergo tuā primitus cōſciētiā examinās in
terroga circa pctm̄ ſuperbie. Si vanā tui laudē et pro-
priā excellētiā q̄ſiuiſti.aut optaſti propter bona fortuita et ca
duca/diuitias ſcilꝫ/aurū/et argētū/terrenaſqꝫ poſſeſſiones
aut ꝓpter naturalia bona corporis/pulcritudinē/fortitudinē
iuuētutē ſimiliaqꝫ.ſiue etiā ratione gratuitoꝝ donoꝝ/ſicut
eſt dei cognitio vel affectus deuotio.Si alios ꝯtēpſiſti ꝓpter
alicuius hoꝝ bonoꝝ precedētiū defectū. Si aliqua opera feci
ſti vt inde mundanā laudē acciperes.vel vt alii te meliorē q̄
ipe ſis reputarēt.et multomagis hoc feciſti pretextu ypocri
ſis ficte/q̄ vt aliis eſſes exēplar in bonū. vel eos a malo re-
trahēs.Si nimium pertinaciter inniſus es opinioni ꝓprie
vel credulitati.alterius cōſiliū cōtēnēdo ſpecialiter in mate-
ria fidei et criſtiane religionis.ex hac enī radice pullulāt he-
reſes ſortilegia et falſe credulitates.Si per iactātiā aut ina
nē gloriā opera tua bona recitaſti.vel te aliis preſentibꝰ īcul-
paſti vt obhoc humilis et deuotus crederēris.Si gloriatꝰ es
corde.aut ore de malo vt q̄ aliū defraudaſti vel ei iniuriā ītu
liſti q̄pꝫ per te tuoſqꝫ cōplices ad male agendū potēs exiſtis
Si ſuperioribus tuis inobediens extitiſti.et eos cōtempſiſti
precipue carnales parētes et ſpūales. Si intra cōfeſſionem
mentitus es/peccatū tuū aut eius ſpeciē mūdano pudore ce
lando/talis enī cōfeſſio inutilis eſt.ſed et nouū crimē īcurris.

Si peccatoꝝ tuoꝝ excuſationes queſiuiſti/aut adinueniſti. culpā tuā ſociis aut cōplexibus tuis īponēdo. Si te per inobedientiā et cōtēptū excōicari permiſiſti aut leuiter nimis cū excōmunicatis participaſti. Si in iudicio publico vel alibi ob pudorē veritatis reuelāde periuriū cōmiſiſti. Si a bonis operibus aut verbis abſtines. obloquētiū quorūdā fatuoꝝ timore. Si indignādo cōtēpſiſti pctōres/pauperes/ignorātes/impotētes/aut infirmos eos precipue qui tibi genere ꝓpinqui ſunt aut eoſdē irriſiſti. Si ſignis aut verbis contēpſiſti eos qui ſtudent deuotioni Si p̄ſūptione motus aggreſſus es ardua ſciēciā tuā aut potētiā excedētia aut tuo ſtatui indecētia

Circa peccatum inuidie.

S I de alterius īcōmodo letatus es. cū ei infortuniū aliqđ cōtigerit. aut diffamatōez ſeu perſecutōez īcurrerit Si de bono alterius doluiſti. q͛ bene famatus/diues/pulcer/ſapiens deuotus/eloquēs/aut religioſus exiſtit. Si malū alteri preoptaſti/vel bonā famā ipius minoraſti/verbis iniquis de eo publice/vel ſecrete manifeſte/vel fraudulenter ꝑlatis. eius verba et opera ſiniſtre iudicando. aut in peiorē partem frequenter intp̄retādo.

Circa peccatum ire.

S I diu cum conſenſu iram contra proximū tenuiſti. cuꝫ deſiderio vindicte. vel appetitu nocendi. per te vel per alium verbis aut factis. ſi ira vel odio cōtra queꝗ̄ contumelias protuliſti aut in rebus nocumentum prebuiſti. irriſiſtiqꝫ vel ſi eum percuſſiſti vulneraſti. occidiſti. Et attēdatur diligēter an leſus ſacerdos. aut clericus extiterit. Si a leſis a te vel iniuriā paſſis veniam petere renuiſti. cū preſertim equales tibi forent. aut in nullo ſubiecti. Si arma inuaſiua nocēdi fine contuliſti. Si alteri mortem ſiue leſionem illicite minatus es. etiam appoſito iuramento. Si ſecretum alienum reuelaſti. Si humiliter a te veniam poſcentibus indulgentiam denegaſti. Si motus ira iuraſti nequiter vel periuriū cōmiſiſti āt deiqꝫ deū blaſphemaſti. Iudū aleaꝝ āt aliū exercēdo

Si odio vel rancore potius ꝙ iuſticie zelo. placitatõibus vel litibus aliũ vexaſti. Si alteri maledixiſti preſertĩ parentibꝫ aut propinquis. Circa peccatum auaricie.

S[I] alio inſciente vel nolente qd̃ ſuũ eſt retines. Si furtum rei ſacre aut eccleſiaſtice vel alterius cuiuſcũqꝫ intra eccleſiã vel locũ ſacrũ cõmiſiſti. Si cõtra deũ ingratus indignaris. ꝙ nõ tibi ſicut et ceteris proueniunt diuitie. nec ad votũ proſpere ſuccedũt omĩa. Si ob hoc ĩmemor dei beneficiorũ ſibi ſeruire contemnis. Si oĩa bona dñorũ vel parentũ laute nimis in vſus proprios aſſũpſiſti. aut mercennariorũ et ſeruitorũ iuſtũ lucrũ nõ eiſdẽ tribuiſti. Si falſas et ĩiuſtas mercaturas exercuiſti. et modũ ĩquiras. Si falſo et mẽdaci artificio vſus es. modũ quere. Si ſymoniã in te vel alio perpetraſti. Si cõmutatõe vſuraria cũ alio cõtraxiſti aduertatur modus. Si ſine lucri periurus fuiſti. Si ludis prohibitis vt eſt taxillorũ ludus auaricia motus te ĩmiſcuiſti. Si in feſtiuis diebus ſpe lucri manualẽ laborem aut mercatõez ꝑ te vel aliũ fieri conſenſiſti. Si cõmiſſa tibi in teſtamento ãt aliter legata. vel elemoſinas ꝑficere et diſtribuere neglexiſti Si opera mĩe et elemoſinas occurrẽte neceſſitate. oblatões et decimas perficere aut ſoluere contẽpſiſti. Si ficta adulatione intentõe pecunias extorquendi. aliũ decepiſti aut etiam irriſiſti. Si parentũ vel mariti bona eis inſciis furatus es. vel proprias et alienas poſſeſſiones ĩutiliter conſũpſiſti. Si alieni dãni cã vel occaſio volũtarie et gaudenter extitiſti. vt inde lucrũ vel cõmodũ reportares. vt exẽpli gratia. ĩter duos rixã moues. vt ex eorũ mutua lite verbere vel occiſione emẽdã iudiciariã aut patrocinii lucrũ feras / famis peſtilẽtiã optas: vt ea diteris parentũ morte gaudes vt ſuã hereditatem accipias. aliũ ad periurandũ ĩpellis vt venalis rei forũ competenti viliorẽ vſurpes· aut deniqꝫ ĩ artificio quoqꝫ inutiles adinuenis nouitates. vt ditatus abundes.

Contra peccatum accidie.

I miſſã ꝛ horas et aliud dinum ſeruiciũ omiſiſti cele-

brare.et ad que dicenda tenebaris. Si in feſtis ſpāliter ab ec
cleſia obſeruari p̄ceptis.aut alias per triſticiā/negligentiā/
vanitatē/aut ociū/eccleſiaſticū officiū/p̄dicatões/et ſermo
nes audire contēpſiſti. Si conceſſū tempus diebꝫ preſertim
feſtiuis in verbis aut factis ocioſis īutiliter cōſūpſiſti. aut
eccleſiaſticū ſeruiciū ſermonibus garrulis turbaſti. Si ſdeꝫ
preſtitū tēpus exceſſiue dormiēdo aut lecto tuo demorādo ina
niter occupaſti. Si per negligentiā aut incuriā ſanctas ha-
bere meditatões mortis·iudicioꝝ et beneficiorū dei erga te
p̄termiſiſti.et pro benefactoribus tuis viuis et defunctis pre
ces fundere neglexiſti.āt etiā cōmiſſoꝝ tibi regimis et cure
non ratione ſolicitus extitiſti. Si negligenter de peccatis cō
tritus es.aut cōfeſſus vel ante cōfeſſionem circa peccata tua
premeditatõem habere noluiſti· Si peccatoꝝ tuoꝝ oblitus
es. vel īiunctā penitentiā minus debite perfeciſti. Si queli-
bet vota vel promiſſa infringendo trāſgreſſus es. Et attēda
tur modus. Si deniqꝫ preceptoꝝ eccleſie fuiſti trāſgreſſor. vt
puta euchariſtie ſūptõem vel alioꝝ ſacramentoꝝ ſuſceptõeꝫ
diſtuliſti nō recte vel ipſa ſacramenta recepiſti non premiſſa
debita integrali confeſſione. Circa peccatū luxurie

SJ moroſas cogitatões circa carnalē actū cū cōplacen-
tia et delectatõe nociua in corde tenuiſti. Si cogitatõi
bus talibus carnalibus/aſpectibus/verbis /aut ſignis ali-
quibus motū carnis excitaſti.nec eidē ſufficiēter reſtitiſti vel
huius peccati occaſiones nō fugiſti āt(quod deterius eſt)eaſ
dem procuraſti. Si per tales tētatões vel motus in luxurio-
ſum cōſenſū cecidiſti.affectādo exterius opus.ſi poſſes vel au
deres perficere. Si attactū aliquē inhoneſtū vel pruritū in
pudendis mēbris exercuiſti.ex quo carnalis delectatõ ſecuta
ſit.⁊ modus diligent̄ aduertat̄. Si taliū peccatoꝝ erga alios
cauſa vel ruine occaſio fueris. verbis/oſculis/amplexibus
aut aliis ſignis vel forte picturis et figuratõibus īhoneſtis
Si dormiēdo hāc carnalē delectatõem vel pollutõem īcurriſti.

Si cũ alia perſona in carnalē cõmixtionē incidiſti. et attendat cuius gradus vel cõditõis talis pſona foret an vxorata alteri. vel virgo. ſi genere propĩqua vel in quo gradu. ſi ſanctimonialis/religioſa/aut ĩ ſacris ordinibꝫ cõſtituta. ſi tibi cõſenſit. aut ei violētiam intuliſti. ſi deniqꝫ eiuſdē tecũ ſexus aut alterius erat. ⁊ exprimat modus. Si luxurie peccatum ope conſũmaſti alio ordĩe ꝙ natura dictauerit. aut pter matrimonii legitimã honeſtatē rõne opis in ſe. vel circũſtã tiarũ qua magis in cõfeſſione certis ſũt ĩterrogatõibus cognoſcende ꝙ verbis ãt ſcripturis quibuſlibꝫ ĩ publico reſerande. Si diebus feſtiuis maioribus aut minus ſolẽnibus talia peccata ppetraſti. aut forſan in ſacratis locis. Si abortiuũ procuraſti. aut fetũ ex vtero naſci ĩpediſti vel obſtricturã veſtimentoꝝ aut p agitatõem corporis ĩmoderatã. per coreas/ vel aliis pluribus ĩiuſtioribꝫ modis. Si diſſolutis et ĩhoneſtis aſpectibus aut choreis/aut geſtibus ĩcõpoſitis/vel ĩnata pulcritudĩe. aut facie mẽdaciter colorata. vel deniqꝫ veſtimentis ſupfluis: alios ad malũ allicere voluiſti aut te cõcupiſci ab eiſdē affectaſti. Si a tibi matrimonialit̄ cõiuncta pſona carnalis copule debitũ ĩfirmitate aut alio legitĩo impedimento ceſſante denegaſti. Circa peccatum gule.

S I ieiunia ab eccleſia obſeruari mãdata trãſgreſſus es ceſſante ĩfirmitate. ĩpotentia aut alia rõnabili cã. Si nimia cibi vel potus ſũptõe ebrietatē/luxuriã/diſſentiones aut corporis ĩfirmitatē ĩcurriſti. Si ob eandē cãm/ſtudiũ/ laborē/mercatõem/aut aliud opus ad qd agēdũ tenebaris omiſiſti. Si p nimios ſũptus ĩ potibus vel cibis: te vel tuos heredes ĩdigere aut mẽdicare coegiſti. Si deniqꝫ nimis auide aut abundãter cibũ ſũpſiſti vel delicata fercula curioſe pparaſti. aut horã comedendi pueniſti vt ex hoc pceptũ aliqd dei vel eccl'ie ſolueret̄. vel grande aliqd corpis ĩcõmodũ ſequeretur. Per hec aũt oĩa que de ſeptē peccatis mortalibus iã explicata ſũt põt hõ cognoſcere quibus modis quiqꝫ ſen ſuũ exterioꝝ miſterio cõtra decē legis pcepta. cõtra mĩe opa

et duodeci noſtre fidei articulos deliquerit. vt nō ſit opuſ hec
poſteriora prioribus addere niſi quis enumeratis prioribus
ſpecialiora et particulariora adiungere voluerit

a D plenariā aūt p̄cedentiū ītellectū vt cognoſcat̄ qualit̄
rite ſit facienda cōfeſſio: notāda ſūt aliqua. Prīo ꝙ cō-
muni regula ⁊ eccleſie p̄cepto. tenet̄ quilibꝫ ad minus ſemel
in āno circa paſcha pctā ſua cōfiteri. cū etiā euchariſtiā aut
aliud ſacramentū ſuſcipe ītendit tunc etiā cū mortis īminet
ꝑiculū. cū p̄terea ipe qui peccatorē abſoluere pōt adeſt. cuius
p̄ſentia nūꝙ in poſterꝝ haberi formidat̄. ꝙꝙ ſepius confiteri
multū proſit. quater videlꝫ ānuati. vel menſibꝰ ſingulis. aut
quolibꝫ ſolēni feſto iuxta pſone facultatē ⁊ ſtatū. Secundo
ꝙ cōfeſſio ī loco patenti et publico fieri debet. ne occaſione
ſecreti loci et p̄textu deuotōis īpellat dyabolus ad malas co
gitatōes ī iqua verba. ſigna vel opa. Nūꝙ etiā cōfeſſor cōfitē
tis vultū aſpiciat. Tercio ꝙ multa ſūt crimīa a quibꝫ pec
catorē ſimplex ſacerdos abſoluere nō pōt. niſi penitētiarius
fuerit aut a p̄lato ſuperiori poteſtatē acceperit queādmodū
ſortilegiū qd̄ ꝑ res ſacras cōmittit̄. Sacrilegiū qd̄ eſt furtū
rei ſacre vel ītra locū ſacrū. Percuſſio violēta ſacerdotis aut
clerici Symonia. Hereſis ceteraqꝫ crimīa quibꝫ eo facto ex
coīcatōis ſententiā īcurrūt delinquētes. Homicidiū. Percuſ-
ſio patris aut matris. ꝑiuriū in iudicio publico cōmiſſum.
Adulteriū ſignant̄ notoriū. Mulierū raptus violentus. De-
floratio virginū. Conſtupratō ſāctimonialiū. Et inceſtus cū
cōſanguineis intra quartū gradū. Votoꝝ fractio. Oppreſſio
paruuloꝝ īfantiū ob negligentē cuſtodiā. Peccatū item tur
piſſimum et abominabilem quod contra naturam dicicitur
ſiue in propria perſona per mollicīē perpetratū. ſiue in alio
commiſſum qui eiuſdē ſexus exiſtit vel in perſona alteriꝰ ſe
xus ī aliis mēbris ꝙ a natura ad generatōem deputatis. vel
deniqꝫ ī aliena ſpecie admiſſū. Talia nāqꝫ crimīa grauiora
ſūt ꝙ ſit eſus carniū ī ſacroſācto die veneris. Unde et de his
tenet̄ peccator exp̄ſſe cōfiteri ſub pena eterne dānationis.

Quarto notandū eſt. ꝙ perſona cōfitens debꝫ habere volū
tariū propoſitū oīa peccata ſua iuxta vires ītegraliter expli
candi et ad īterrogata veritatē ſine mendacio reſpondere ad
ſui accuſatōem vel excuſatōez. celare itē peccatū alterius per
ſone. niſi fortaſſis aliter peccatū ſuū reuelare non poſſit. vel
niſi perſonā talē ad ſuū cōmodum ſpūale cōfeſſori detegeret
abſqꝫ preiudicio cuiuſcūqꝫ. Qr ſi prelatus ſuperior vel peni-
tentiarius nō ſingula peccata cōfitētis ītegraliter ſed ſolos
caſus reſeruatos audire voluerit: reſeruet peccator alia delic
ta minori ſacerdoti poteſtatē ſuper eis habenti cōfitenda.

Quīto ꝙ nulluſ iiunctā penitentiā recipere debet. niſi quā
perficere voluerit. Quā ⁊ celare tenet̄ vna cū aliis a cōfeſſore
prolatis. aut īterrogatis niſi forſā (quod abſit) idē cōfeſſor cō
fitentē verbis aliquibus ad malū inducere vellet. Sexto
ꝙ ſi grande quid alicui reſtituendum ſit. ⁊ is ignoret vel etiā
votoꝝ cōmutatō aut relaxatio fienda ſit: cōſulat̄ p̄latus ſu
perior vel alius hoꝝ poteſtatē habens. nō tantū ſacerdos in-
ferior. Septio ꝙ ſuper peccatis ī generali ſuperius nume
ratis ſi caſus ſpāles occurrāt vel numerus delictoꝝ. tenetur
hoc cōfitens explicare. tūc preſertī cū particularitas caſus
vel numerus ſpālem habet annexā maliciā mortalē. vt cuꝫ
quis decē francos abſtulit pauperi vxorē ⁊ filios habenti vel
in loco ſacro grauius peccatū eſt ꝙ furtū preciſe in generali
cōmiſiſſe. Et pariformiter ī aliis caſibus particularitas ex
primat̄. prout cōfitens meminerit ſcđm beneplacitū cōfeſſo
ris. omiſſis circūſtantiis aliis ad grauitatē peccati īpertinē
tibus. Octauo ꝙ ſi perſona cōfitens in peccandi ꝓpoſito
perſeuerat vel de nouo peccatū iterare diſpoīt. vt qđ ablatū
alteri ſcđm facultatem ſuā nō vult dimittere vel reſtituere.
aut a carnali peccato luxurie recuſat abſtinere vel nocendi
cuiꝙ iniquū ꝓpoſitū retinet. nullus eā a peccatis confeſſis
pōt aut debet abſoluere. ꝙquā tali perſone ſalubriter cōſula
tur. vt bona que poterit interī perficiat. quo deus eā in viā

rectā digneť illuſtrare. Nono ꝙ peccatū qđlibet tāto peius
ac deterius eſt. q̄to pluribus ītulit nocumentū. Si quis pre-
terea alterius peccati vel ruine cā et occaſio fuit: inocentes
ꝑuerti iuuenes ⁊ puellas. cōſilio hortatu vel alio quouiſmō
ſolicitando ad peccatū hui⁹ rei diſtrictā penitentiā agat. de-
ceptoꝝ a ſe correctōem et emendatōem totis viribus procu
rando. et per ſe et alios eos ad viā veritatis et ſanā doctrinā
reducendo. in hoc enī cōſiſtit porcio pricipalis ſatiſfactōis et
penitentie. Decimo ꝙ ſi quis poſt cōſcientie ſue examia
tionē diligētē. peccatoꝝ quorūdā etiā mortaliū a ſe cōmiſſo-
rum nō reminiſcať ꝑ ſolā generalē cōfeſſionē de ipſis abſq̈
alia ſpāli ſaluabiť. Si tamē ea pri⁹ oblita ad memoriā poſt-
modū redierint: ea ſpāliter ceteris tēpore ⁊ loco cōfiteri tene
tur. quia ī re piculoſū eſt cōmiſſoꝝ a ſe delictoꝝ mortaliū per
negligentiā atq̈ deſidiā īmemorē fieri. Forma abſolutōis
ſufficiens et requiſita pro peccatis de quibus cōfeſſor itendit
et pōt abſoluere cōfitentē. Ego abſoluo te a peccatis tuis
In noīe patris et filii et ſpūſſancti Amen. Et ſi cōfeſſio fiat
de excoīcatōe tantūmō dicať ſic Ego abſoluo te ab excoica-
tōe tua in noīe patris et filii et ſpūſſācti Amen. Et ſi cū hoc
fiat abſolutō de peccato propter quod lata ē excoīcatō vel de
aliis addať forma prior. Additōnes quedam alie conditōna
les. aut inuolute tutius dimittuntur.

Explicit de confeſſione

Sequitur de ſcientia mortis

I veraces fideleſq̈ amici cuiuſpiā egroti curā dili-
ſ gentius agāt pro ipſius vita corporali fragili et defec
tibili cōſeruāda exigunt a: nobis multofortius deus
et caritas pro ſalute ſua ſpūali ſolicitudinē gerere ſpālez. In
hac enī extrema neceſſitate mortis/ fidelis probať amicus.
Quippe nullū eſt opus mīe maius ſiue cōmod9. Qđ et tāti
apud deū meriti et āplioris frequenť eſtimať. q̈admodū per
ſone noſtri ſaluatoris ieſu chriſti ſi in terris nobiſcū degeret

impenſū ſeruiciū corpale. Quāobrē cura fuit p̄ſenti ſcripto cōponere breuē quēdā exortatōis modū habenduȝ circa eos qui ſunt in mortis articulo cōſtituti Valentem etiā generalit oībus catholicis ad artem et noticiā bene moriēdi cōquirendā. Continet aūt hoc opuſculū breue: quatuor particulas ſcȝ exhortatōes / īterrogatōnes / orationes / et obſeruatōnes

Prima pars cōtinet quatuor exortatōnes

P Rima eſt. amice dilecte cōſidera nos omnes ſubiectos eſſe potenti manui dei et ipſius volūtati. et om̄es nos cuiuſcūqȝ cōditionis āt ſtatꝰ reges / pricipes / diuites / et pauperes / mortis tributū ſoluere neceſſe eſt. Venimꝰ in mundū peregrinoꝝ more vt ex eo trāſeamus nō vt māſionem in eo ſtabiliamus. quī potius vt hic bene et meritorie viuentes. horribiles inferni penas euitemus et gloriā eternā habeamus. Secūda. Recognoſce diligenter cū gratiaꝝ actōne a deo tibi cōceſſa beneficia. ꝙ tibi etiā hac extrema hora ſui cognitōem dederit. nec te morte ſubita p̄occupauerit gratias pro his et aliis innumeris donis nūc eidem refer ad ſuā infinitā miſericordiā confugiens. et de cōmiſſis a te criminibus veniā humiliter poſcens Tercia. Solicite cogita te ī vita tua plurima delicta ꝑpetraſſe quibus penā ferre meruiſti Vnde et huius īfirmitatis: et mortis dolorem patienter tolerare debes. rogās deum vt p̄ſentis doloris acerbitas remiſſionem operet̄ peccatoꝝ et purgatorii horribilis cruciatus in hanc afflictionem tuā per ſuā miſericordiā commutetur. Tolerabilius eſt nāqȝ hic preſentialiter q̄ in futuro puniri. Qꝛ ſi ſic corde contrito petieris: penā neceſſariā tanq̄ voluntariā feres. et oēm penā et culpā remittet deus. certuſqȝ paradiſum introibis. Alioquin per impatientiam. eternam damnationem incurres Quarta. Super omnia in hāc extremam horam conſtitutus meditare circa tuam ſpiritualem ſalutem. nunquam enim fortaſſis in futurum huiꝰ meditatōis ꝯtīgit oportunitas. oēm aliā ſolicitudinem et reꝝ trenaꝝ curā relinque / quas reliqui neceſſe ē q̄ etiā nec

ab inferni ꝑcipitio corruētez eripere valēt. Plena fide te deo
ꝯmitte/ ⁊ ei qui op̄s bonꝰ ⁊ ſapiēs eſt te ⁊ tua ⁊ tuoꝝ regenda
p̄be. Omnē p̄terea cogitatū tuū ī eū dirige aſtātes ſolūmo-
do et ſuperſtites rogans vt ꝓ ſalute tua deū precibus exorent

ſ Cd̄a particula ſex habet ītrogatōes Pr̄ia eſt. Dilecte
aut dilecta vis tu mori ⁊ viuere ī ſoliditate fidei chriſti
ane reſpectu dei ⁊ dn̄i nrī ieſu chriſti tāq̄ verꝰ fidelis ⁊ obedi
ens ſctē matris eccl'e filꝰ Rn̄deat. Volo. Scd̄a. Petis a deo
veniā pctōꝝ ꝯmiſſoꝝ ⁊ omiſſoꝝ. q̄ ꝯ̄ eiꝰ amorē/ maieſtatem
atq̄ bonitatē egeris. nec eū ꝓut debeas honoraſti? Reſpōdeat
peto. Tercia habes ſicerū ꝓpoſitū ⁊ explicitā volūtatem
vitā tuā in meliꝰ ꝯmutare atq̄ corrigere. ſi vita comes ſup-
fuerit. Rogas etiā deū vt tibi det gratia p̄ter hoc ꝓpoſitū ꝯ-
tinuādi ⁊ nō recidiuādi verāq̄ ꝯtritionē habendi. iiii. Es
tu ꝯſcius tibiip̄i alicuiꝰ mortalis crimīs de quo nō ſis ꝯfeſ-
ſus. optas ne etiā cor tuū illuminari ad oblitoꝝ criminū ſi q̄
ſint habendā noticiā. ⁊ ſi tu libet ꝯfitebaris ea. v. Indulges
ex corde oībus qui t̄ nocumentū ītulerūt ob venerationez et
amorē dn̄i nrī ieſu chriſti a quo ⁊ veniā ſperas. Petis ſimil'r
īdulgeri tibi ⁊ remitti ab his quos verbis āt fctis leſiſti. vi.
Vis ablata ꝑ te reſtitui integraliter q̄tū ad id teneris iuxta
tuaꝝ facultatū valorē. etiā vſq̄ ad oīz bonoꝝ tuoꝝ ceſſionē ⁊
renūciatōez vbi alias ſatiſfactio fieri non valeret. et coram
deo et hominibus veniā iniurie petis. Ad has omēs premiſ-
ſas interrogatōes affirmatiue reſpondeat. volo.

Ercia ꝑticl'a breues miniſtrat orōnes. Primo dicat
īfirmꝰ ex corde deū orans. Deus meus piiſſime pater
in manus tuas commendo ſpiritum meum. Pater miſeri-
cordiarum. miſericordiam fac huic paupercule creature tue
Adiuua me nunc etiam in hac vltima neceſſitate. Succur-
re domine iā anime egenti et deſolate vt nō a canibus infer-
nalibus deuoret. Dulciſſime ieſu ob honorē ⁊ virtutē tue bn̄
dicte paſſionis: iube me recipi intra nūerū electoꝝ tuoꝝ Sal

uatoꝛ meus/ et redēptoꝛ: reddo mē totū tibi nō me renuas.
Ad te venio nō me repellas. Dn̄e paradiſū tuū poſtulo non
ob valorē meoꝝ meritoꝝ. ſed in virtute et efficacia tue bn̄di
ctiſſime paſſionis per quā me miſerū redimere voluiſti/ et
michi paradiſū pꝛecio tui ſanguinis emere dignatus es ip̄ʒ
michi cōferre feſtina ꝓpꝫ quē nec tue diuitie aut tua potētia
minuēt̄/ nec ip̄e paradiſus anguſtioꝛ et minoꝛ inuenieт̄. Sa
lutet poſtmodū beatiſſimā virginē mariā dicēs. Regina ce
loꝝ mater miſericoꝛdie. refugiū pctōꝝ recōcilia me vnigeni
to filio tuo eius clemētiā ꝓ me īdigno interpella vt ob amo
rē tui mea remittat crimia/ ꝑducens in gloꝛiā ſuā. Angelos
dehinc pꝛecibus inuitet dicens. Sp̄us celoꝝ/ angeli beatiſſi=
mi aſſiſtite q̄ſo michi migrāti ex hoc ſc̄lo/ et potēter eripite
me ab oīʒ aduerſarioꝝ inſidiis et aīaʒ meā in veſtrū ꝯſoꝛtiū
aſſumite. tu p̄cipue āgele bone: cuſtos meus. Poſt hec iqui=
rat̄ ab infirmo cui ſc̄ōꝝ vel ſc̄āꝝ magis deuotus extiterit.
vt illi pꝛecē offerat dicendo. O gloꝛioſiſſime ſc̄ē vel ſc̄ā ſingu
larē in te dū viuerē ſpē et ꝯfidētiā repoſui/ ſuccurre nūc mi=
chi in hoc extremo neceſſitatis articulo laboꝛāti. nūc auxilii
ſupꝛa modū tp̄s inſtat et hoꝛa iam in adiutoꝛiū meū intende.

Qarta ps q̄ſdā obſeruatōes edocet vt ſciat̄ q̄lis p̄dicto
rū vſus habēdus ſit. i Si patiēs nūdū eukariſtiā āt
extremā vnctionē ſuſceperit: īterroget̄ an eadē ſacramenta
deuote paratus eſt recipere. ii. Si etiā ſup interrogatōibʒ
p̄miſſis veriſilit̄ appareat reſpōſiones patiētis nō vſq̄q̄ʒ
ſufficiētes exiſtere: remediū apponat̄ q̄tū id ꝯmodius fieri
poterit. vel ꝑ miniſtratōeʒ ſacramētoꝝ ꝯfeſſionis eukariſtie
aut extreme vnctionis aut eidē manifeſtādo piculū qd̄ īcur=
rit nō plene ſatiſfaciēdo petitōibus ſup fide ſua et ſalute cō
ſciētie p̄latis. moneat̄q̄ʒ vt decedat tāq̄ȝ verus ⁊ fidel' criſtian⁹.
Attēdat̄ an īfirmus ip̄e excōicatōis uinculo aſtrictus teneat̄
vt ꝓpterea ſubmittat ſe totis virib⁹ oꝛdinatōi ſc̄ē matris ec
cl̄ie vt abſoluat̄. iiii Si moꝛitur⁹ ꝓlixū tp̄is ſpaciū ad ſuaʒ

recollectõez habeat. vt nõ morte feſtina ꝑueniat᷑. legẽde forẽt
corã eo ab aſtãtib⁹ hyſtorie et orões deuote. i quibz ſanus et
viuẽs ãplius delectabat᷑ vel recẽſenda eẽnt dĩna ꝑcepta. vt ꝓ
fũdius meditet᷑ ſi quid aduerſus ea negligenter oblitũ deliq̃-
rit. vel ſiſtis corã eo iſtructõ recitet᷑. v. Si patiẽs vſũ loquẽdi
pdiderit habet tñ ſanã ⁊ integrã noticiã: ad interrogatões ſi
bi factas vel orões corã eo recitatas. ſigno aliquo exterio-
ri vel ſolo cordis ſẽſu reſpõdeat. hoc eñi ſufficit ad ſalutẽ. vi.
preſẽtet᷑ infirmo ymago crucifixi vel alterius ſcĩ quẽ ſanus
⁊ icolumis ſpecialit᷑ venerabat᷑. vii. Si nõ omĩa ꝑmiſſa dici
breuitas ſinat ꝓponẽde ſunt orões illa ꝑſerti q̃ ſaluatori no-
ſtro ieſu chriſto dirigit᷑. viii. Nullatenus aut minime (ſi fieri
poſſit) moriẽti amici carnales. vxor liberi vel diuitie. ad me
moriã reducãt᷑. niſi iq̃tũ id exigit patiẽtis ſpũalis ſanitas. ⁊
dũ alias ꝯueniẽt id omitti nequit. ix. Nõ det᷑ ĩfirmo nimia
ſpes corporalis ſalutis ꝯſequẽde. ingerat᷑ potius eidẽ prima
monitio ſuperius explicata. Sepe nãqꝫ ꝑ vnã talẽ inanẽ ꝯſo
lationẽ falſã ⁊ incertã ſanitatis corporee cõfidẽtiã. icurrit hõ
dãnationẽ. Quĩmo ortãdus ẽ patiẽs. vt ꝑ cõtritõez ⁊ cõfeſſi
onẽ aĩe ſanitatẽ ꝓcuret. qđ et ad ſalutẽ corporis ſi ſibi fuerit
expediens valere poterit ⁊ inde ſecurior atqꝫ quietior erit. x.
Quia vero freq̃t corporalis ĩfirmitas ex aĩe lãguore ortũ
habet papa ꝑ exꝑſſã decretalẽ cuilibz medico corporis diſtri
cte ꝑcipit. ne cuiqꝫ egroto corporeã cõferat medicinã priuſqꝫ
de ſpiritualis medici ꝯfeſſoris ſcilicet requiſitione eũdẽ mo
nuerit. hinc expediẽs videret᷑ vt in quibuſlibet pauperũ ho
ſpitalibus vel domibus dei ſtatuto firmaret᷑. ne quis ibidez
eger ſuſcipi poſſet qui nõ primo ingreſſus die cõfeſſionẽ fece
rit vel ydoneo ſacerdoti ad hoc ipꝫ deputato paratus ꝯfiteri
ſe ꝯtinuo ꝑſẽtauerit ſicut in domo dei pariſius laudabiliter
obſeruatur.

Explicit opus tripertitũ / de ꝑceptis / de cõfeſſio-
ne / de ſcientia mortis / a M. Johanne de gerſono

8au.
DIPUTACIÓ DE BARCELONA
Biblioteca de Catalunya
Reg. 478.552
Sig. Mar. 246-8°
BIBLIOTECA DE CATALUNYA
1001961168